

spūsancti. Itēq; in eodē libro legit: simonem magū apostolis dare voluisse pecuniaz: vt ab eis acciperet potestātē q; p impositionē manū eius dare spūsanctus. Cui petrus idem. Pecunia inquit tua tecū sit in pditionē: q; donuz dei estimasti te p pecunias possidere. Et alio eiusdem libri loco: cuz petrus cornelio et eis q; cū eo fuerant loqueret: annūcians et pdicans xpm: ait scriptura. Adhuc loquēte petro verba hec: cecidit spūsanctus sup omnes q; audiebant verbū: et obstupuerūt q; ex circūcisione fideles simul cū petro venerāt: q; et in natiōes donū spūsancti effusum est. Audiebant em̄ illos loquētes linguis: et magnificantes deum: de quo facto suo q; incircūcisos baptizauerat quia pūctū baptizarent: vt nodū q̄stionis huius auferret: in eos venerat spūsanctus. Cū petrus postea redderet rōnem fratribus qui erant hierosolymis: et hac re audita mouebāt ait post cetera. Cū cepisset autē loqui ad illos: cecidit spūsanctus in illos sicut et in nos in initio. Ademoratusq; sum vbi dñi sicut dicebat: q; iohes q̄dem baptizauit aqua: vos autē baptizabimini spūsancto. Si igit equale donū dedit illis: sicut et nobis q; credidimus i donū iesuz xpm: ego q̄s erā q; posse prohibere deū nō dare illis spūsanctum? Et multa alia sunt testimonia scripturaz: que p̄corditer attestant donū dei esse spūsanctū: in quantum dat eis q; p eum diligūt deum. Sed nimis longū est cuncta colligere: et quid eis satis est: q; bus hec que diximus satis nō sunt? Sane autē monendi sunt q̄quidem donū dei iam vidēt dictum spūsanctū: vt cū audiūt donū spūsancti: illud genus locutionis agnoscat: qd dicitū est in expoliatione corporis carnis. Sicut ei corpus carnis nihil est aliud q; caro: sic donuz spūsancti nihil aliud est q; spūsanctus. In tantum ergo donū dei est: in quantum dat eis q; bus dat. Apud se autē deus est et si nemini det: q; deus erat patri et filio coeternus ante q; cui q; dare. Nec q; illi dant ipse dat: ideo minor est illis. Ita em̄ sicut donū dei dat: etiā seipm dat deus. Non em̄ dici potest nō esse sue potestatis de quo dictū est. Spūs vbi vult spirat. Et illd apostolicū qd iam supra cōmemorauī. Omnia hec opatur vn⁹ atq; idem spūs: diuidens p̄pria vnicuiq; put vult. Non est illic pditio dati: et dñatio dantium: sed p̄cordia dati et donātū. Quapropter si sancta scriptura p̄clamat. Deus charitas est: illa que ex deo est: et in nobis id agit vt in deo maneamus: et ipse in nobis et hoc inde cognoscimus: q; de spiritu suo dedit nobis: ipse spūs ei⁹ est: deus charitas. De-

inde si in donis dei nihil maius est charitate: et nullum est maius donū dei q; spūsanctus: quid cōsequētius q; vt ipse sit charitas: que dicitur et deus et ex deo? Et si charitas qua pater diligit filium: et patre diligit filius: ineffabiliter cōmunionē demonstrat amborū: qd cōuenientius q; vt ille dicat charitas pprie: q; spūs ē cōmunis ambobus? Hoc em̄ san⁹ credit vel intelligit: vt nō solus spūsanctus charitas sit in illa trinitate: sed nō frustra pprie charitas nuncupet: propter illa que dicta sunt. Sicut nō solus est in illa trinitate: vel spūs vel sanct⁹: q; et pater spūs: et filius spūs: et pater sanctus et filius sanctus: qd nō ambigit pietas: et tū iste nō frustra pprie dicit spūsanctus. Quia em̄ est cōis ambobus. id vocat ipse pprie qd ambo cōmaniter. Alioqn si in illa trinitate solus spūsanctus est charitas: profecto et filius nō sol⁹ patris: verumetiam spiritus sancti filius inuenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur. legitur: filius vnigenitus dei patris: vt tamē et illd verum sit quod apostolus ait de deo patre. Qui eruit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnū filij charitatis sue. Nō dixit: filij sui: quod si diceret verissime diceret: quēadmodum quia sepe dixit verissime dixit: sed ait: filij charitatis sue. Filius ḡ est etiā spiritus sancti: si non est in illa trinitate charitas: nisi spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est: restat vt non solus ibi sit charitas spiritus sanctus: sed propter illa de quibus satis disserui pprie sic vocetur. Quod autem dictum est. Filij charitatis sue: nihil aliud intelligat q; filij sui dilecti: q; filij sui postremo substantie sue. Charitas quippe patris que in natura ei⁹ est ineffabiliter simplici: nihil est aliud q; eius ipsa natura atq; substātia: vt sepe iam dixim⁹: et sepe iterare nō piget. Ac per hoc filius charitatis eius nullus est alius: q; qui de substantia eius est genitus.

Contra eos qui vnigenitum dei nō patre nature: sed voluntatis filium esse dixerūt.

¶ De circa ri. La. XX

¶ Quid denda est dialectica eunomij: a quo eunomiani heretici exorti sunt. Qui cum non potuisset intelligere: nec

credere voluisset vnigenitum dei verbuz per quod facta sunt omnia: filium dei esse natura: hoc est de substantia patris genitum: non nature vel substantie sue siue essentie dixit eē filium: sed filium voluntatis dei: accidentem scz deo: volēs asserere volūtātē qua gigneret filium: vicz: quia nos aliqd aliqn volum⁹ quod antea non volebamus: quasi nō propter ista

¶ Colo. 1

¶ Ubi. 3

¶ Job. 1

Liber

mutabilis intelligat nostra natura: quod absit ut
in deo esse credamus. Neque enim ob aliud scri-
Proi. 19 ptum est. Multe cogitationes in corde viri: con-
siliium autem domini manet in eternum: nisi ut intelli-
gamus siue credamus: sicut eternum deum: ita
eternum eius esse consiliium: ac per hoc inmutabile si-
cut ipse est. Quod autem de cogitationibus: habet etiam de
voluntatibus verissime dici potest. Multe volun-
tates in corde viri: voluntas autem domini manet in
eternum. Quidam ne filium consilij vel voluntatis dei
dicerent unigenitum verbum: ipsum consiliium seu vo-
luntatem patris idem verbum esse dixerunt. Sed
melius quantum estimo dicere consiliium de consilio:
et voluntas de voluntate: sicut substantia de
substantia: sapientia de sapientia: ne absurdi-
tate illa quam refellimus filius dicat patrem face-
re sapientem vel volentem: si non habet pater in sub-
stantia sua consiliium vel voluntatem. Acute sane
quodam respondit heretico versutissime inter-
roganti: utrum deus filium volens an nolens ge-
nuerit: ut si diceret nolens: absurdissima dei
miseria sequeretur. Si autem volens: continuo quod in-
tendebat velut inuicta ratione concluderet: non na-
ture esse filium: sed voluntatis. At ille vigilantissi-
me vicissim quesivit ab eo: utrum deus pater
volens an nolens sit deus: ut si responderet no-
lens sequeretur illa miseria quam de deo credere
magna insania est. Si autem diceret volens: risi-
deretur ei: ergo et ipse deus est sua voluntate: non
natura. Quid ergo restabat nisi ut obmutesceret
et sua interrogatione obligatum insolubili vin-
culo se videret. Sed voluntas dei si et proprie di-
cenda est aliqua in trinitate persona magis hoc
nomen spiritus sancto competit: sicut charitas. Nam
quid est aliud charitas quam voluntas. Video me
de spiritu sancto in hoc libro secundum scripturas sanctas
disputasse: quod fidelibus sufficit scientibus deum
esse spiritum sanctum: nec alterius substantie: nec
minoris quam est pater et filius: quod in superioribus li-
bris secundum easdem scripturas verum etiam docui-
mus. De creatura etiam quam fecit deus quantum
valuimus admonuimus eos quod ratione de re-
Roffi. 1. bus talibus poscunt ut inuisibilia eius per ea que
facta sunt: sicut possent intellecta conspicerent:
et maxime per rationalem vel intellectualem creaturam
que facta est ad imaginem dei: per quam velut per spe-
culum quantum possent trinitatem cernerent deum
in nostra memoria: intelligentiam: voluntatem.
Que tria in sua mente naturaliter diuinitus
instituta quisquis viuaciter perspicit: et quam ma-
gnam sit in ea. vnum potest etiam sempiterna imuta-
bilisque natura recoli: conspici: amplecti: concupi-
sci: reminisci per memoriam: intueri per intelligen-
tiam: amplecti per dilectionem: perfectio reperit illi

summe trinitatis imaginem. Ad quam summam tri-
nitatem reminiscenda: videnda: diligenda: ut
eam recorderet: eam contempleret: ea delectaret: to-
tum debet referre quod viuunt. Verum ne hanc ima-
ginem ab eadem trinitate factam et suo vitio in de-
terius commutatam: ita eidem trinitati omnimodo
existimet similem: potius in qualicumque ista simi-
tudine: magnam quoque dissimilitudinem cernat:
quantum esse satis videbat admonui.

De similitudinibus trinitatis diuine que in
natura mentis ad imaginem dei facte reperiri ut
cumque potuerunt.

Lap. m. XXI.

In deum patrem et deum filium id est deum
genitorem qui omnia que substantialiter
habet in coeterno sibi verbo suo
dixit quodammodo: et ipsum verbum eius deusque
nec plus nec minus aliquid habet: etiam ipse
substantialiter quod quod est in illo qui verbum non
mendaciter: sed veraciter genuit: quemadmo-
dum potui: non ut illud iam facie ad faciem: sed
per hanc similitudinem in enigmate quantum lucumque
coniungendo videretur in memoria et intelligentia
mentis nostre significare curauimus: memorie tri-
buens omne quod scimus: etiam si non inde cogi-
temus intelligentie deo proprio quodammodo cogi-
tationis informationem. Cogitando enim quod ve-
rum inuenimus: hoc maxime intelligere dici-
mur: et hoc quidem in memoria rursus relinqui-
mus. Sed illa est abstrusior: profunditas nostre
memorie: vbi hoc etiam primum cum cogitarem
inuenimus: et gignit intimum verbum quod nullius
lingue sit: tanquam scientia de scientia: et visio de
visione: et intelligentia que apparet in cogita-
tione de intelligentia que in memoria iam fu-
erat sed latebat: quod et ipsa cogitatio quondam
suam memoriam nisi haberet non reuertetur ad
ea que in memoria reliquerat: cum alia cogita-
ret. De spiritu autem sancto nihil in hoc enigma-
te quod ei simile videretur ostendi: nisi voluntatem
nostram vel amorem: seu dilectionem que valen-
tior est voluntas: quam voluntas nostra que no-
bis naturaliter inest: sicut ei res adiacuerit vel
occurrerint quibus allicimur aut offendimur:
ita varias affectiones habet. Quid ergo est: nisi
quod dicturi sumus voluntatem nostram: quam rectam
nescire quod appetat: quod euerit: Porro si scit: per-
fecto inest ei sua quod scia que sine memoria et intel-
ligentia esse non possit. An vero audiendus est quod
pia dicens. Charitatem nescire quod agat: que non
agit perperam. Sicut ergo inest intelligentia: inest
dilectio illi memorie principali in qua inuenimus
patrem et reconditum ad quod cogitando possumus
peruenire: quod et duo ista inuenimus ibi: quam nos cogi-
tando inuenimus et intelligere aliquid et amare que ibi